mittit timorem. quomodo timor penam
habet. Qui autem timet. non est per-
fectus in caritate. Nos ergo diligamus
deum. quomodo deus prior dilexit nos. Si quis

dixerit quoniam diligo dñm. et fratrem
suum oderit. mendax est. Qui enim non
diligat fratrem suum quem uidet. deum
quem non uidet. quomodo potest dili-
gere. Et hoc mandatū habemus ab
eo. ut qui diligit dñm. diligat & fratrem
suum. **FEY. IIII. Ad colosenses.**

R̄s. Mortificate membra uera
que sunt super terram. fornicationem.
immunditiam. libidinem. concupiscentiam
malam. & auariciam. que est simulachrorum
seruitus. Propter que uenit ira dei super
filios diffidentie. In quibus & uosambu-
lastis aliquando. cum uiueretis in illis.
Nunc autem deponite & uos omnia. iram.
indignationem. maliciam. blasphemiam.
turpem sermonem. de ore uostro ne emise-
ritis. Nolite mentiri inuicem. expo-
nantes uos ueterem hominem cum actibus

suis. et induentes nouū. cū qui renouat
in agnitionē. scdm imaginē ei q̄ creauit
eū. ubi non est gentilis & iudeus. circū
cisio & p̄putiū. barbarus & scyta. seruus
et liber. sed om̄a et in om̄ib; xp̄c. qui
est benedictus in sc̄la sc̄loꝝ d̄o. **sc̄. vi.**

Rs. **A**bra ham **ad Galathas.**
S credidit d̄o. et reputatū est ei ad
iusticiā. Cognoscite ergo. quia q̄ ex fi
de sunt. hi sunt filij abrahe. Prouidens
autē sc̄ptura quia ex fide iustificat gen
tes d̄s. p̄nuntiavit abrahe. quia bene
dicent̄ in te om̄s gentes. Igitur q̄ ex fide
sunt. benedicentur cū fidei abraham.
Quicumq; enim ex op̄ib; legis sunt. sub
maledictō sunt. Scriptū est enim. Ma
ledictus om̄is q̄ non p̄manserit in om̄ib;
que scripta sunt in libro uite. ut faci
at ea. Quō autē in lege nemo iustificat̄

Apud dñm. manifestum est. quia iustus
ex fide uiuit. *Dom. 11. Ec. pp. Be. Jo*

*R*ati. Nolite mirari. si his apli.

odit uos mundus. Hos scimus

quò translati sumus. de morte

ad uitã. quò diligimus fr̃s. Qui non

diligit. manet in morte. Om̃s q̃ odit

fratrem suũ. homicida est. Et scimus

quia om̃s homicida non habet uitã

eternã in se manentẽ. In hoc cognoui

mus caritatẽ di. quò ille pro nobis ani

nam suã posuit. & nos debemus ani

mas pro fr̃ib; ponere. Qui habuerit

substantiã mundi. & uiderit fratrem

suũ necessitatẽ patientẽ. & clauserit

uiscera sua ab eo. quom̃ caritas dei

manet in eo. filioli mei. non diligam

uerbo neq; lingua. s; ope & ueritate.

fer. 111. Ec. actuum aploz.

si dicitur u
cuntat. au
turbat in
tradiebant

Masphema
et barnabas
p̃m̃ loqui u
illud. & indu
unt. ecce con

p̃cepit nobis
ut sis in salu
Audientes a
glorificaban

quor̃q; eran
Dissemaba
sam regionẽ

*R*s. *D*
necesse h
Ipsi enim uo

In diebus illis. **C**onuenerunt uniuersa
ciuitas. audire uerbū dī. videntes autē
urbas iudei. repleti sunt zelo. & con-
tradicebant his que a paulo dicebantur.
blasphemantes. Tunc constantē paulus
et barnabas dixerunt. vobis oportebat
primū loqui uerbū dī. sed quō reppulistis
illud. & indignos uos iudicastis eterne
uite. ecce conuertimur ad gentes. Sic enim
p̄cepit nobis dñs. Posui te in lūm̄ gentib?
ut sis in salutē usq; ad extremū terre.
Audientes autē gentes gauise sunt. et
glorificabant uerbū dñi. et crediderūt
quotq; erant p̄ordinati ad uitā et̄nam.
Disseminabat autē uerbū dñi p̄ uniuersam
regionē. *fer. vi. ad*

Thes. **R**s. **D**e caritate fraternitatis. non
necesse habemus scribere uobis.
Ipsi enim uos a dō didicistis. ut diliga

tis inuicem. Ctenim facitis illud in om̄s
fr̄s! in uniuersa eccl̄a. Rogamus autē
uos! ut habundetis magis. et opam
detis. ut quieti sitis. & ut ur̄m negotiū
agatis. & ope mini manib' ur̄is sicut
p̄cepimus uobis. & ut honeste ambule
tis ad eos q' foris sunt. & ut nullius ali

T quid desideretis. Gr̄a dñi nr̄i ihu xp̄i
sit uobiscū. *Dom̄. iiii. le. ep̄. Be. Pet̄*

Paul̄! **H**umiliamini **apostoli.**

R sub potenti manu dī. ut uos exal
tet in tempore uisitationis. om̄nē
solicitudinē ur̄am p̄cipientes in eū. quō
ipsi cura est de uobis. Sobrii estote. et
uigilate! quia aduersarius ur̄r diabo
lus tanq̄m leo rugiens circuit. querens
quē deuoret. Cui resistite fortes in fide!
scientes eandē passionē ei que in mun
do est ur̄e fraternitati fieri. D̄s autē om̄s

gr̄e. qui uoca
riam in xp̄o it
p̄ficiet. confu
gr̄a & impiū.

iiii. le. ep̄.
R̄s! Om̄
muerbo a
ne dñi ihu! q
p̄ ip̄m. Quier
cur oportet in
res! & nolite a
obedite paren
cru est in dñi
filios ur̄os! ut
Seru! obedite
non ad oculū
placere. sed
mentes dñm.
opamini. sicut

grē. qui uocauit nos in eternā suā glo-
riam in xp̄o ihu modicū passos. ipse
pficiet. confirmabit. solidabitq;. Ipsi
glā & impiū. in sc̄la sc̄loꝝ aō. **FERIA**

.iiii. Ec. ep. B. Pau. ap. ad colosens.

FRS. **O**mne quodcumq; facitis
in uerbo aut in ope. om̄a in nomi-
ne dñi ihu. ^{r. facite} gr̄as agentes d̄o & patri
p̄ ipsū. Mulieres subdite estote uiris. si-
cut oportet in dño. Viri. diligite uxo-
res. & nolite amari esse ad illas. filij.
obedite parentib; p̄ om̄a. Hoc enim pla-
citū est in dño. Patres. nolite puocare
filios ur̄os. ut non pusillo animo fiant.
Serui. obedite p̄ om̄a dñis carnalib;. ^{r.}
non ad oculū seruientes quasi hominib;
placentes. sed in simplicitate cordis ti-
mentes dñm. Quodcūq; facitis ex animo
opamini. sicut dño et non hominibus.

scientes quod a dño accipietis retribu
tionē hereditatis. ꝑ ihm xp̄m dñm nr̄m.
Rep. vi. le. ep̄. Be. Jacobi apli.
ñi. Nolite in p̄sonarū accepti
one habere fidē dñi nr̄i ihu xp̄i
glē. Ctenim si introierit in conuentū
ur̄m uir aureū anulu habens in ueste
candida. ꝑ introierit autē & paup in
sordido habitu. & int̄datis in eū qui
indutus est ueste p̄clara. & dixerit sei.
tu sede hic bene. paupi autē dicatis. tu
sta illic. aut sede sub scabello pedum
meor. nonne iudicatis apud uosmetip
sos. & facti estis iudices cogitationum
iniquarū. Audite fr̄s dil̄mi. Nonne
d̄s elegit paupes in hoc mundo. diui
tes in fide. & heredes regni qđ repro
misit d̄s diligentib; se. Vos autē ex
inhonorastis paupem. Nonne diuites

ꝑ potētā op
unt uos ad
p̄manē no
f̄p̄ uos. Si ta
scripturas. dil
ꝑm. bene
accipis. pecca
ñi. le. ep̄
Rs. Exi
sunt cond
ꝑci. ad futu
ꝑ nobis. Han
uelationē filio
etm creatura
ꝑ eū qui su
creatura libera
om̄. in liberta
etm quod om̄
et paruit usq

24
p̄ potentiā opprimunt uos. et ipsi tra-
hant uos ad iudicia. Nonne ipsi blas-
phemant nom̄ bonū. q̄d inuocatū est
sup uos. Si tam̄ legē p̄ficitis regale sc̄dm
scripturas. diliges pximū tuū sicut te
ipsum. bene facitis. Si autē p̄sonas
accipitis. peccatum operamini. **Doō**

iiii. lc. ep̄. Be. Pau. ā. ad Roman̄.
Rs. Existimo enim. quod non
sunt condigne passionēs huius tem-
poris. ad futuram gl̄am que reuelabit̄
in nobis. Nam expectatio creature. re-
uelationē filioꝝ dī expectat. Vanitati
enim creatura subiecta est non uolens.
s; p̄t̄ eū qui subiecit in spe. quia & ipsa
creatura liberabit̄ a seruitute corrupti-
onis. in libertatē gl̄e filioꝝ dī. Scimus
enim quod om̄is creatura ingemiscit.
et parturit usq; adhuc. Non solum autē

illa. sed et nos ipsi primitias sp̄s habentes. & ipsi intra nos gemimus. ad optionē filioꝝ expectantes. redemptionē corporis nr̄i. in xp̄o ih̄u dño nostro. **sc̄pt̄.**

iii. sc̄. ep̄. v. Pau. ap̄. ad ephesios.

R̄s. **N**on cesso gr̄as agere p̄ uob̄. memoria ūri faciens in orationib̄ meis. ut d̄s dñi nr̄i ih̄u xp̄i gl̄e det uob̄ sp̄m sapientie & reuelationis. in agnitione eius illuminatos oculos cordis ūri. ut sciatis que sit ^{sp̄s} locationis eius. que diuitie gl̄e hereditatis ei in sc̄is. et que sit sup̄eminens magnitudo uirtutis ei in nos. q̄ credidimus sc̄dm̄ opationem potentie uirtutis ei quā opatus est in xp̄o. suscitans eū a mortuis. & constituens ad dext̄am suā in celestib̄. supra omnē p̄ncipatū. & potestatē. & uirtutē. & dñationē. et omne qd̄ nominat̄ in

36
Kisela scilicet. a. d. *fer. vi. l. ep. v. Jude*
am. **C**ommonere uos uolo *apli.*
scientes semel omnia. quod ihc pplm
de terra egypti saluans. sedo eos q
non crediderunt pdidit. angelos u q
non seruauerunt suu pncipatu. sed dere
liquerunt suu domiciliu. in iudiciu mag
ni diei uinculis etnis sub caligine iudi
cij reseruauit. Sicut sodoma & gomor
ra & finitime ciuitates simili modo ex
fornicate. & abeuntes post carne altera.
facte sunt exempli ignis etni pena sus
tinentes. similiter & hi q carne quide
maculant. dnatione aute spernunt.
maiestate aute blasphemant. Cu mi
chael archangls cum diabolo dispu
tans altercaret de moysi corpore. non
est ausus iudiciu inferre blasphemie.
sed dixit. impet t dnus. Hi aute quecuq;

quidē ignorant blasphemant. quecūq;
autē naturalit̄ tanquā muta animalia
norunt. in his corrumpunt. Ve illis qui
uia cain abierunt. & errore balaam
mercede effusi sunt. & contradictione
chore pierunt. Hi sunt in epulis suis
macule conuiuantes. sine timore semet
ipsos pascentes. nubes sine aqua que
a uentis circūferunt. arbores autūna
les. infructuose. bis mortue. eradicatę.
fluctus feri maris despumantes suas
confusiones. sydera errantia. Quibus
p cella tenebrarū. conseruata est metū.

Dom̄. v. Ec. ep̄. Be. Petri apli.

Kāi. Omnes unanimes in orati
one estote. compatientes. frater
nitatis amatores. misericordes.
modesti. humiles. non reddentes ma
lū pro malo. uel maledictū p maledicto.

sed e contrario benedicentes. Quia in
hoc uocati estis. ut benedictionem
hereditate possideatis. Qui enim uult
uitam diligere. et uidere dies bonos.
cohereat linguam suam a malo. & labia
eius ne loquantur dolum. Declinet autem
a malo. et faciat bonum. inquit pacem
et sequatur eam. quia oculi domini super iustos.
& aures eius in preces eorum. Vultus autem
domini. super facientes mala. Et quis est
quod uobis noceat. si boni emulatores fue-
ritis. Sed & si quod patimini propter iustitiam.
beati. Timorem autem eorum ne timueri-
tis. ut non conturbemini. Dominum autem
christum sanctificate in cordibus uestris. **FERIA**

IIII. Le. ep. Be. Pau. a. ad timoth.

Robsecro primum omnium fieri
obsecrationes. orationes. postu-
lationes. gratiarum actiones. pro omnibus

hominib⁹. pro regib; & omib⁹ qui in sub
limitate ^{constituti} sunt. ut quietā & tranquillā
uitā agamus in omī pietate & castitate:
Hoc enim bonū est & acceptū corā sal
uatore n^o d^o. q^o omīs homines uult
saluos fieri. et ad agnitionē ueritatis
uenire. Vnus enim d^s. unus & medi
ator di & hominū homo xp̄c ih̄c. Qui
dedit redemptionē semetipsum p omib⁹
testimoniū temporib⁹ suis. in quo po
situs sū ego p̄dicator & apl^s. Veritatē
dico n̄ mentior. doctor gentiū in fide
& ueritate. in xp̄o ih̄u d^{no} nostro.

Rep. vi. l. ep. v. Jacobi apli.
Bāi. Quid pderit si fide quis di
cat se habere. opa autē non habe
at. Nunquid poterit fides saluare eū.
Si autē frater aut soror nudi sint. et
indigeant uictu cottidiano. dicat aū

aliquis de uobis illis. ite in pace. cale-
ficimini. & saturamini. n̄ dederitis
autē eis que necessaria sunt corpori.
quid p̄derit. Sic & fides si n̄ habet
ōpa. mortua est in semetipsa. **Doō**

v̄i. xc. ep̄. b. p̄. a. ad Romanos.

Srs. Quicumq; baptizati sumus
in xp̄o ihu. in morte ipsius bap-
tizati sumus. Consepulti enim sumus
cū illo p̄ baptismū in mortē. ut quom̄
surrexit xp̄c a mortuis p̄ gl̄am patris.
ita & nos in nouitate uite ambulemus.
Si enim conplantati facti sumus simi-
litudini mortis eius. simul & resurrec-
tionis erimus. Hoc scientes. q̄a uetus
homo n̄r simul crucifixus est. ut des-
truat̄ corpus peccati. ut ultra non ser-
uiamus peccato. Qui enim mortuus est.
iustificatus est a peccato. Si autē mor-

tui sumus cum xp̄o. credimus quia si
mul etiā uiuemus cū ipso. scientes qđ
xp̄c resurgens a mortuis iam n̄ morit̄.
mors illi ultra n̄ dñabit̄. Quod enim
mortuus est peccato. mortuus ē semel!
qđ autē uiuit. uiuit dō. Ita & uos ex
istimate uos mortuos quidē esse pecca
to. uiuentes autē dō. in xp̄o ih̄u dño
nr̄o. *fer. iiii. ad hebreos.*

R̄s. **H**abemus grām. p̄ quā ser
uiamus placentes dō cū metu et
reuerentia. Et enim d̄s nr̄ ignis consu
mens est. Caritas frat̄nitatis maneat
in uobis. et hospitalitatē nolite obli
uisci. p̄ hanc enim placuer̄ quidā
anglis hospicio receptis. Mementote
uinctoz tanqm̄ simul uinchi. & labo
rantiū. tanquā & ipsi in corpore mo
rantes. Honorabile conubiū in om̄ib.

et thorus immaculatus. Fornicatores
autē & adulteros iudicabit d's. Sint
mores sine auaricia. contenti p'sentib;
Ipse enim dixit. Non te deserā neq;
derelinquā. ita ut confidentē dicam.
Dñs m' adiutor est. non timebo quid
faciat m' homo. Memtote p'positoꝝ
u'roꝝ. qui uobis locuti sunt uerbū
di. Quoz intuentes exitū conuersa
tionis. imitamini fidē. Ihs xp̄c heri
et hodie. ipse in sc̄la sc̄loꝝ. aō. *feꝛ.*

R. vi. Ec ep̄. Be. Jacobi apli.
R. vii. Si helum amarū habetis.
et contentiones sunt in cordib;
u'ris. nolite gloriari. & mendaces esse
aduersus ueritatē. Non enim est ista
sapientia desursū descendens. sed
terrena. animalis. diabolica. Vbi
enim helus et contentio. ibi incon

stantia. et omne opus prauū. Que autē
desursum est sapientia. p̄mū quidem
pudica est. deinde pacifica. modesta.
suadibilis. bonus consentiens. plena mi
sericordia. et fructib; bonis. iudicans
sine simulatione. fructus autē iusticie
in pace semināt facientib; pacem.

Doq̄. vii. Ad Romanos.

R̄s! **F** Humanū dico. p̄pter infir
mitatē carnis ur̄e. Sicut enim exhi
buisstis membra ur̄a seruire immunditie.
et iniquitati ad iniquitatē. ita nunc exhi
bete membra ur̄a seruire iusticie in sc̄ifi
cationē. Cum enim serui essetis peccati.
liberi fuistis iusticie. Quem ḡ fructum
habuistis tunc. in quib; nunc erubesci
tis. Nam finis illoꝝ mors est. Nunc uero
liberati a peccato. serui autē facti deo.
habetis fructū in sc̄ificationē. finem uero

uitam eternā. Stipendia enim peccati
mors. grā autē dī uita etna. in xpō
ihū dño nro. *fer. iiii. ad Roman.*

Lrs. **N**ichil dāpnationis est his
qui sunt in xpō ihū. qui n̄ scdm
carnem ambulant. Lex enim sp̄s uite
in xpō ihū. liberauit me ā lege peccati
et mortis. Nam qđ impossibile erat
legi. in quo infirmabat̄ p carnē. d̄s filiū
suū mittens in similitudinē carnis pecca
ti. et de peccato dāpnauit peccatū in car
ne. ut iustificatio legis impleret̄ in no
bis. qui n̄ scdm carnem ambulamus.
sed scdm sp̄m. Qui enim scdm carnem
sunt. que carnis sunt sapiunt. qui ū
scdm sp̄m. que sunt sp̄s sentiunt. Nam
prudencia carnis mors est. prudencia
autē sp̄s uita & pax. in xpō ihū dño
nro. *fer. vi. l. ep. b. Jacobi apli.*

Que autē
ū quidem
modesta.
plena mi
udicans
ē iusticie
acem.
manos.
pter infir
enim exhi
mundicie
unc exhi
ie in sc̄fi
peccati.
fructum
erubesci
unc uero
facti deo.
finem uen

Kam. Subditi estote do. resistite
autē diabolo. & fugiet a uobis. Ap
ppinq̄te dño. et appropinq̄bit uobis.
Emundate manus peccatores. et puri
ficate corda duplices animo. Miseri esto
te. et lugete. & plorate. Risus ūr con
uertat̄ in luctū. & gaudiū in merorem.
Humiliamini in conspectu dñi. & exal
tabit uos. **Dom. viii. Ad Romanos.**

Rs. **D**ebitores sumus non carni.
ut scdm carnē uiuamus. Si enim
scdm carnē uixeritis. moriemini. si
autē spū facta carnis mortificaueritis.
uiuetis. Quicūq; enim spū dī agunt.
hi filij dī sunt. Non enim accepistis spm̄
seruitutis iterū in timore. s; accepistis
spm̄ adoptionis filioꝝ. in quo clama
mus abba pat̄. Ipse sp̄c testimonium
reddit sp̄itui n̄ro. qđ sumus filij dei.

Si autem filij. et heredes. Heredes quide
dei. coheredes autem christi. *fer. iiii.*

Rs. Quomodo cum adhuc *Ad Roman.*
peccatores essemus. christe pro nobis
mortuus est. multo magis iustificati nunc
in sanguine ipsius. salui erimus ab ira
ipsius. Si enim cum inimici essemus. re-
conciliati sumus deo pro morte filij eius.
multo magis reconciliati salui erimus
in uita ipsius. non solum autem sed et glo-
riam in deo. pro ihesu christo domino nostro.

fer. vi. l. c. e. Be. Pau. ap. ad hebreos.

Rs. Videte ne forte sit in aliquo
urum cor malum incredulitatis. disce-
dendi a deo uiuo. sed adhortamini uos
metipso pro singulis dies. ut non obdu-
ret quis in uobis fallacia peccati. Parti-
cipes enim christi effecti sumus. si tamen
initium substantie usque ad finem firmum re-

tineamus. in xpo ihu dno nro. Dom.

viii. le. e. Be. Pau. ap. ad ehor.

Trs. Non simus concupiscentes
maloz. sicut & illi concupierunt.
neq; idolatre efficiamini sicut quida
ex ipsis. que admodu scriptu est. sedit
ip[s]s manducare & bibere. et surrexerunt
ludere. neq; fornicem sicut quida ex
ipsis fornicati sunt. & ceciderunt una
die uiginti tria milia. neq; temptemus
xpm. sicut quida eoz temptauerunt. et
a serpentib; pierunt. neq; murmura
ueritis sicut quida eoz murmurauerunt.
& pierunt ab extirminatore. Hec autem
omnia in figura contingebant illis. sep
ta sunt autem ad correptionem nram. in
quos fines scloz deuenert. Itaq; qui se
existimat stare. uideat ne cadat. Tem
ptatio uos n apphendat. nisi humana.

fidelis autem d's est. qui non patiet uos
tēptari supra id quod potestis. s; faciet
cum tēptatione etiā puentū. ut possitis
sustinere. *scz. iiii. ad Romanos.*

Frs. *N*escitis quō cui exhibuistis
uos seruos ad obediendū. serui estis
cui obedistis. siue peccati in mortem. si
ue obediōnis ad iusticiā. Grās autē dō
qd̄ fuistis serui peccati. obedistis autē in
eā formā doctrine. in qua traditi estis.
liberati autē a peccato. serui facti estis
iusticie. in xp̄o ihū dño nr̄o. *scz. vi.*

le. ep̄. Be. Petri apli.

Kāi. *N*olite pegrinari in seruoie
qui ad tēptationem uobis sit. q̄si
nouu uobis aliqd̄ contingat. sed cōmu
nicantes xp̄i passionib' gaudete. ut et
in reuelatione gl̄e eius gaudeatis exul
tantes. Si expbramini in nomine xp̄i

dño nr̄o. *Dom.*
au. ap̄. ad ebor
concupiscentes
concupierunt.
um sicut quidā
p̄tū est. sedit
ere. et surrexerit
sicut quidā ex
ceiderunt una
neq; tēptemur
tēptauerunt. et
neq; murmura
murmurauerit
nate. Hec autem
ingebant illis. sc̄p̄
r̄p̄tionē nr̄am. in
enerit. Itaq; qui
dat necadat. Tē
dat. nisi human

beati eritis. quō quod est honoris gl'e
et uirtutis dī. et q̄ est eius sp̄s. sup uos
reḡescit. **Dom̄. x. Ad corinthios.**

F **R̄s.** Scitis quō cum gentes es-
setis. ad simulachra muta prout
ducebāmini euntes. Ideo notū uobis
facio quod nemo in spū dī loquens
dicit anathemā ihu. & nemo potest
dicere dñs ihc. n̄ in spū scō. Diuisiones
ū gr̄arū sunt. idem autē sp̄s. Et diui-
siones ministratiōnū sunt. idem autē
dñs. Et diuisiones opationū sunt. idē
ū d̄s qui opat̄ om̄a in om̄ib. Vnicuiq;
autē dat̄ manifestatiō sp̄s. ad utilitatē.
Alij quidē p̄ sp̄m dat̄ sermo sapientie.
alii autē sermo scientie scdm̄ eundem
sp̄m. alteri fides in eodē spū. alij gr̄a
sanitātū in unō spū. alij opatio uir-
tutū. alij p̄phetia. alij discretio spiri-

tuum. alij genera linguarū. alij inter
 p̄tatio sermonū. Hec autē om̄a opatur
 unus atq; idē sp̄s. diuidens singulis
 prout uult. *fer. iiii. Ad corinthios.*

PRS. **N**on om̄is caro eadē caro.
 sed alia caro hominū. alia pecorū.
 alia uolucrū. alia autē pisciū. Et corpo
 ra celestia. & corpora terrestria. s; alia
 quidē celestiū gl̄a. alia autē terrestriū.
 Alia claritas solis. alia claritas lune.
 alia claritas stellarū. Stella enim ab
 stella differt in claritate. Sic & resur
 rectio mortuorū. Semināt in corruptio
 ne. surget in incorruptione. Semināt
 in ignobilitate. surget in gl̄a. Semināt
 in infirmitate. surget in uirtute. Semi
 nat corpus animale. surget corpus spi
 ritale. Si est corpus animale. est & spi
 ritale. Sic enim scriptū est. factus est

primus homo adam in animā uiuentē.
nouissimus adam in spm̄ uiuificantē.
Sed non prius qđ sp̄itale est. sed quod
animale. deinde quod sp̄itale. in xp̄o
ihū dño n̄ro. *fer. vi. ad colosenses.*

R̄s. **C**um essetis aliquādo alienati
in opib; malis. et inimici sensu. n̄c
autē reconciliauit nos xp̄c. in corpore
carnis ei p̄ mortē. exhibere uos sc̄os et
immaculatos. et inrecomphensibiles
corā ipso. si tam̄ p̄manetis in fide fun
dati et stabiles. & immobiles a spe euan
gelij quod audistis. qđ p̄dicatū est in
uniuersa creatura que sub celo est. Cui
factus sum ego minister. qui nunc gau
deo in passionib; pro uobis. & adimpleo
ea que desunt in passionib; xp̄i in carne
mea. p̄ corpore eius. qđ est ecc̄la. cuius
factus sū minister. in xp̄o ihū dño n̄ro.

Doō. xi. Ad corinthios.

Srs. **N**otum uobis facio euange-
 lium quod p̄dicauit uobis. quod et
 accepistis. in quo & statis. p̄ quod & sal-
 uamini. qua ratione p̄dicauerim uobis
 si tenetis. nisi frustra credidistis. Tradi-
 di enim uobis in p̄mis quod & accepi.
 quō xp̄c pro peccatis nr̄is mortuus est
 sc̄dm scripturas. & quia sepultus est. et
 quia surrexit tertia die sc̄dm sc̄pturas.
 et quia uisus est cephe. & post hec undec̄.
 Deinde uisus est plus qm̄ quingentis fr̄ib;
 simul. ex quib; multi manent usq; adhuc.
 q̄dam autē dormier̄. Deinde uisus est
 iacobo. deinde apl̄is om̄ib;. nouissime
 autē omniū tanquā abortiuo uisus est
 et m̄. Ego sum minimus ap̄loꝝ. qui n̄
 sum dignus uocari apl̄s. quō p̄secutus
 sum eccl̄am d̄i. Gr̄a autē dei sum. id

quod sum. Et gr̄a eius. in me uacua n̄
fuit. *fer. iiii. Ad corinthios.*

TRS! Nescitis quō corpora uestra
membra sunt xp̄i. Tollens ḡ m̄bra
xp̄i. faciā membra meretricis. Absit. An
nescitis quō qui adheret meretrici. unū
corpus efficitur. Erunt enim inq̄ duo
in carne una. Qui autē adheret dño!
unus sp̄c est. fugite fornicationē. Omne
peccatū quodcumq; fecerit homo. ext
corpus est. q̄ autē fornicat. in corpus
suum peccat. An nescitis quō membra
ur̄a templū est sp̄s sc̄i q̄ in uobis est.
quē habetis a dō. et non estis ur̄i. Emp
ti enim estis p̄cio magno. Glorificate
et portate deū in corpore uestro.

fer. vi. Ad corinthios.
TRS! Cum liber essem ex omnib!
omniū me seruū feci. ut plures

lucrificarem. factus sum iudeis tanquam
 iudeus. ut iudeos lucrarer. his qui sub
 lege sunt quasi sub lege essem. cum ipse
 non essem sub lege. ut eos qui sub lege
 erant lucrificarem. his qui sine lege erant
 tanquam sine lege essem. cum sine lege
 dei non essem. sed in lege essem christi. ut
 lucrificarem eos qui sine lege erant. factus
 sum infirmis infirmus. ut infirmos
 lucrificarem. Omnibus omnia factus
 sum. ut omnes facerem saluos. **Domini**

xii. 12. c. B. Pa. ap. ad corinth.

Fiduciam talem habeamus
 pro christo ad deum. non quod sufficientes
 simus cogitare aliquid a nobis quasi
 ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est.
 qui et idoneos nos fecit ministros noui
 testamenti. non litera sed spiritu. Litera enim
 occidit. spiritus autem uiuificat. Quod si

lacua n
 nos.
 ra uestra
 g mbra
 bfit. An
 etei. unu
 inqt duo
 et dno?
 ne. Ome
 omo. ext
 corpus
 membra
 obis est.
 uri. Emp
 orificare
 uestro.
 mos.
 omnib?
 plures

ministratio mortis literis deformata in la-
pidib; fuit in gl'a. ita ut non possint fi-
lij isrl' intendere in faciem moysi. ppter
gl'am uultus eius que euacuat. quom
non magis ministratio sp's erit in gl'a.
Nam si ministratio cl'apnacionis gl'a est.
multo magis habundat ministeriũ iusti-
cie in gl'a. **fer. iiii. Ad corinthios.**

R's. **N**on p'dicamus nosmetipsos.
sed ih'm xp'm dñm nr'm. nos autem
seruos ur'os p' ih'm. quò d's q' dixit de te-
nebris lumen splendescere. qui illuxit
in cordib; nr'is ad illuminationē sciencie
claritatis d'i. in faciem ih'u xp'i. Habemus
autē thesaurũ istũ in uasis fictilib; ut
sublimitas sit uirtutis d'i. et non ex nobis.
In omib; tribulationē patim;. sed non
angustiam. aporiam. sed non destituim;. **!**
psecutionē patim;. sed non derelinquim;. **!**

96
deicimur: sed non p̄imus. 1. semp mortificatio
nem ihu in corpore n̄ro circūferentes. 1. ut
et uita ihu in corporib' n̄ris manifestetur.

1. Petri. vi. ad corinthios.

R̄s. **F**ugite ab idoloz cultura. ut
prudentib; loqr. 1. uos iudicate quod
dico. Calicē benedictionis cui benedicim'.
nonne cōmunicatio sanguinis xp̄i est. et
panis quem frangim'. nonne participa
tio corporis dñi est. Quō unus panis. unū
corpus multi sumus. 1. om̄s q̄ de uno pane.
et de uno calice participam'. 1. in xp̄o ihu
dño n̄ro. **1. Cor. xiii. ad Galathas.**

R̄s. **A**brabe dicte sunt p̄missiones.
et semini ei. Non dicit & seminib;
quasi in multas. 1. sed quasi in uno. et se
mini tuo. q̄ ē xp̄c. Hoc autē dico. 1. testa
mentū confirmatū a dō. que post qua
dringentos & triginta annos facta est lex.

non irritum facti ad euacuanda pmissi
onē. Nam si ex lege hēreditas. iam non
ex pmissione. Abrahę autē p pmissio
nem donāuit d̄s. Quid igit lex. Propt̄
t̄nsgressionē posita est. donec ueniret
cui p̄miserat. ordinata p̄ angelos in ma
nu mēdiatoris. Mediator autem unius
non est. d̄s autē unus est. Lex ḡ aduer
sus p̄missa d̄i. Absit. Si enim data esset
lex que posset uiuificare. uere ex lege
ēsset iusticia. Sed conclusit scriptura
om̄ia sub peccato. ut p̄missio ex fide
ihu x̄pi daret̄ credentibus. **FEY. III.**

Ye. ep. b. Pau. ā. ad corinthios.

LRS. Scimus quō si terrestris domus
nr̄a huius habitationis dissoluat̄. quod
edificationē ex d̄o habemus. domū non
manu factā. eternā in celis. Nam & in
hoc ingemiscimus. habitationē nr̄am

que de celo est. sup̄indui cupientes. sita
 men uestiti. non nudi inueniam̄. Nam
 et q̄ sumus in hoc ingemiscim̄ taberna
 culo grauati. eo q̄d nolumus expoliari
 sed supuestiri. ut absorbeat̄ q̄d mortale
 est a uita. Qui autē efficit nos in hoc
 ipsū d̄s. q̄ dedit nobis pignus sp̄s. Au
 dientes q̄ semp̄ & scientes. quō dum su
 mus in corpore. p̄grinam̄ a d̄no. Per
 fide enim ambulamus. et non p̄ specie. au
 demus autē & bonā uoluntatē habe
 mus magis p̄grinari a corpore. & pre
 sentes esse ad d̄m. et ideo contendimus
 siue absentes. siue p̄sentes placere illi.
 Om̄s enim uos manifestari oportet
 ante tribunal xp̄i. ut referat unusq̄sq̄
 ppria corporis sui put gessit. siue bonū.
 siue malum. Scientes q̄ timorē d̄ni
 hominib; suademus. d̄o autē mani

festi sumus. Spero autē & in conscientijs
ur̄is manifestos nos esse. p̄ ih̄m xp̄m dñm
nr̄m. *fer. vi. ad thessalonicens.*

R̄s! *Quam gr̄arū actionē possum*
Tdo retribuere pro uobis in om̄i gaudio
quo gaudemus p̄pter uos. ante dñm nr̄m
nocte et die habundantius orantes. ut
uideamus faciem ur̄am. & compleam̄
que desunt fidei ur̄e. Ipse autē d̄s et
pat̄ nr̄. & dñs ih̄c xp̄c. dirigat uiam
nr̄am ad uos. uos autē dñs multipli-
cet. et habundare faciat caritatē in
inuicem. & in om̄s. quēadmodū & nos
in uobis. ad confirmanda corda ur̄a.
sine querela in sc̄itate ante dñm & patrē
nr̄m. in aduentu dñi nr̄i ih̄u xp̄i cum
om̄ib; sc̄is. *Doñ. xiiii. ad Gala*

R̄s! *Sp̄u ambulate. thas.*
Tet desideria carnis non pficietis.

Caro enim concupiscit aduersus sp̄m. et
 sp̄s aduersus carnē. Hec enim sibi inuicē
 aduersant. ut non quecūq; uultis. illa
 faciatis. Quod si sp̄u ducimini. non
 estis sub lege. Manifesta autē sunt opa
 carnis. que sunt fornicatio. immun-
 dicia. luxuria. idoloz seruitus. uene-
 ficia. inimicitie. contentiones. emula-
 tiones. ire. rixę. dissensiones. sectę. in-
 uidie. homicidia. ebrietates. cōmessati-
 ones. et his similia. que p̄dico uobis
 sicut p̄dixi. quō q̄ talia agunt. regnū
 dī non consequentur. fructus autē sp̄s
 est. caritas. gaudiū. pax. patientia.
 longanimitas. bonitas. benignitas.
 mansuetudo. fides. modestia. continen-
 tia. castitas. Aduersus huimodi non
 est lex. Qui autē sunt xp̄i. carnē suā
 crucifixēr̄. cum uicijs et concupiscen-

sciemus
 xp̄m dñm
romicens
 possum
 ni gaudio
 te dñm nr̄m
 ames. ut
 mpleam
 tē d̄s et
 ut uiam
 multipli
 tatē in
 dū & nos
 eda ur̄a.
 n & patrē
 xp̄i cum
ad Gala
thas.
 ficietis.

uis. **cap. iiii. Ad corinthios.**

T **rs.** Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iusticie cum iniquitate. Aut que societas luci ad tenebras. Que autem conuentio x ad belial. Aut que pars fidei cum infidele. Qui autem consensus xpi cum idolis. Vos enim templu di uiui. sicut dicit ds. Quomodo inhabitabo in illis & ambulabo. et ero illorum ds. & ipsi erunt in populis. Propter quod exite de medio eorum. et separamini dicit dnus. et immundu non tetigeritis. & ego recipiam uos. & ero uobis in patrem. & uos eritis in filios & filias. dicit dnus omnis. Has ergo habentes pmissiones km. mundemus nos ab omni iniquitate carnis ac sps. pfectentes scificationem in timore di. per ihm xpm dnsm nostrum.

cap. vi. Ad timotheum.

P **rs.** Presb
dici honoz
qui labora
ut enim scy
in muranti
mede sua. d
noli recipere
testib. Pecca
ceteri timore
in ihu xpo. &
cuidas. sine
nam parte
cap. vi. le. e
rs. Si u
uolemus.
gendum. mu
mudetes. frs
nemo in aliquo
est modum

99
Ratē. Presbiteri qui bene p̄sunt. du-
plici honore digni habeant. maxi-
me qui laborant in uerbo et doctrina.
Dicit enim sc̄ptura. Non infrenabis ōs
boui trituranti. et dignus est operarius
mercede sua. Aduersus p̄br̄m accusa-
tionē noli recipe. nisi sub duob; aut
trib; testib;. Peccantes corā om̄ib; argue.
ut ceteri timorē habeant. Testor coram
dō et ihu xp̄o. & electis angelis ut hec
custodias. sine p̄iudicio nichil faciens.
in aliam partem declinando. **Dom̄n.**

xv. Ec. e. Be. Pau. ap. ad Galath.
Rs. Si uiuimus spū. spū & am-
bulemus. Non efficiam̄ inanis
gl̄e cupidi. inuicē puocantes. inuicē
inuidentes. fr̄s. et si p̄occupat̄ fuerit
homo in aliquo delicto. uos q̄ sp̄ales
estis huimodi instruite in spū lenitatis.

considerans te ipsum. ne & tu tempteris.
Alter alterius onera portate. et sic adim-
plebitis legem xpi. Nam et si quis existi-
mat se aliquid esse cum nichil sit. ipse se
seducit. Opus autem suum probet unusquisque
et sic in semetipso tantum gloriam habe-
bit. & non in altero. Unusquisque enim
opus suum portabit. Communicet autem is
qui catechizat uerbum ei qui se catechizat.
in omnibus bonis. Nolite errare. deus non
irridet. Que enim seminauerit homo.
hec & metet. quomodo qui seminat in car-
ne sua. de carne metet corruptionem.
Qui autem seminat in spiritu. de spiritu metet
uitam eternam. Bonum autem facientes. non
deficiamus. Tempore enim suo metent.
non deficientes. Ergo dum tempus habe-
mus operum bonum ad omnes. maxime autem
ad domesticos fidei. **FERIA. III.**

Leq. Be. P.
Oras a
quos nos f
con lumine.
tan tnebrarū.
filiolctionis su
dione & remi
mp di inuisi
creare. qua in
mris uniuersa
mibilia. siue
om. siue pncip
Dm ipsum &
ipst ante om
stat. et ipse est
quod pncipiū
tal ut sit in om
hōie domini
Leq. Be. Pau.

100
lc. ep. Be. Pau. ap. Ad colosenses.
Rs. **G**rās agentes dō patri. qui
dignos nos fecit in partem sortis
scōz in lumine. q̄ eripuit nos de potes-
tate tenebrarū. et t̄stulit in regnum
filii dilectionis sue. In quo habemus re-
deptionē & remissionē peccatoz. q̄ est
imago dī inuisibilis p̄mogenitus om̄is
creature. quia in ipso condita sunt
in celis uniuersa. et in t̄ra uisibilia et
inuisibilia. siue throni. siue dominati-
ones. siue p̄ncipatus. siue p̄testates.
Om̄a p̄ ipsum & in ipso creata sunt. et
ipse est ante om̄s. et om̄a in ipso con-
stant. Et ipse est caput corporis eccle.
qui est p̄ncipiū p̄mogenitus ex mor-
tuis. ut sit in om̄ib; ipse p̄matū tenens.
ihc xp̄c dominus noster. **fer. vi.**
lc. ep. Be. Pau. ap. Ad hebreos.

Rs. **C**onsiderate ap̄lm & pontificem
confessionis nr̄e ih̄m. qui fidelis est ei
qui fecit illu. sicut et moyses in om̄i dō
mo illius. Amplioris enim gl̄e iste p̄ mo
yse dignus habitus est. quanto ampli
orē honorem habet domus q̄ fabricauit
eā. Om̄is namq; domus fabricat̄ ab ali
quo. Qui autē om̄a creauit. d̄s est. Et
moyses quidē fidelis erat in tota do
mo eius tanqm̄ famulus. in testimoniū
eor̄ que dicenda erant. xpc ū tanquā
filius in dōmo sua. Que domus sumus
nos. si fiducia et gl̄am sp̄ei. usq; ad
finem firmū retineamus. **Doō. xvi.**

Re. ep̄. Be. Pau. ap̄. **Ad ephesios.**
Rs. **O**bscero uos ne deficiatis in
tribulationib; meis p̄o uobis.
que est gl̄a ur̄a. Huius rei gr̄a flecto
genua mea ad patrē d̄ni nr̄i ih̄u xpi.

102
ex quo omnis paternitas in celis et in terra
nominatur. ut det uobis secundum diuitias
glorie sue uirtute corroborari per spiritum eius
in interiori homine. habitare christum per
fide in cordibus uestris. in caritate radica
ti et fundati. ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis. que sit latitudo. longi
tudo. et sublimitas. et profundum. Scire
etiam supereminentem scientiam caritatis christi.
ut impleamini in omnem plenitudinem dei.
Ei autem qui potens est omnia facere superabundant
quam petimus aut intelligimus.
secundum uirtutem que operatur in nobis. ipsi
gloria in ecclesia et in christo ihesu. in omnes genera
tiones sancti seculorum amen. *fer. iiii. le. ep. v.*

Vrs. Videte ne quis lau. a. ad colosens.
uos decipiat per philosophiam. et ina
nem fallaciam. secundum traditionem homi
num. secundum elementa mundi. et non secundum

xpm. quia in ipso inhabitat omnis pleni-
tudo diuinitatis corporaliter. et estis in illo
repleti qui est caput omnis principatus & po-
testatis. In quo et circumcisi estis circum-
cisione non manu facta. in expoliatione
corporis carnis. sed in circumcissione xpi.
consepulti ei in baptismo. in quo & re-
surrectionis surrexistis per fide operationis
dei. qui suscitauit illum a mortuis. Et uos
cum mortui essetis in delicto & imputio
carnis uestrae. conuiuificauit cum illo. do-
nans uobis omnia delicta. in xpo ihu.
dno nro. *fer. vi. ad philipenses.*

Res. Si qua consolatio in xpo.
si quod solatiu caritatis. si qua soci-
etas sps. si qua uiscera miserationis.
implete gaudiu meum. ut idem sapiatis.
eandem caritate habentes unanimes.
id ipsum sentientes. nichil per contentione.

neq; p inanem glam. sed in humilitate
supiores sibi inuice arbitantes. n que
sua sunt singuli considerantes. s; que
alioz. in xpo ihu dno nro. *Doq. xvii.*

Le. ep. Be. Pau. ap. ad ephesios.

Rs. *Rs.* Obsecro uos ego uinctus in
dno. ut digne ambuletis uocati
one qua uocati estis cu omi humilitate
et mansuetudine. cum patientia sup
portantes inuicem in caritate. solliciti
seruare unitate sps in uinculo pacis.
unu corpus. & unus sps. sicut uocati
estis in una spe uocationis ure. Unus
dns. una fides. unu baptisma. Unus

Lds. et pat omiu. qui sup oms. & p omia.
et in omib; nobis. qui est benedictus
in secla seclor a o. *fer. iiii. mis septi*

Dm. *Le. Amos prophete.*
Et dicit dns. *Ecce dies uenient.*

et comprehendet arator messorum. et calcator uue mittentē semen. et stillabunt montes dulcedinē. et omēs colles culti erunt. Et conuertā captiuitatē ppli mei isrl. et edificabunt ciuitates desertas. & habitabunt in eis. et plantabunt uineas. & bibent uinū earum. et facient hortos. & comedent fructus eoz. Et plantabo eos sup humū suam. et non euellā eos ultra de terra sua quā dedi eis. Dicit dominus om̄ps.

Al. Lectio libri hesdre. xxxv.

In diebus illis. Congregatus est om̄s ppl̄s quasi uir unus ad plateā. que est ante portā aquarū. & dixerūt hesdre scribe ut afferret librū legis moysi. quē p̄cepit dñs israhel. Attulit ḡ hesdras sacerdos legē corā multitudine uiroz ac mulierū. cunctisq; q̄ poterant intel

104
ugere in die prima mensis septimi. et
legit in eo in platea ^{que erat} ante portā aquarū.
a mane usq; ad mediā diem. in conspec-
tu uiroz et mulierū. et sapiētū. Et au-
res omīs ppli erant erecte ad librū. Ste-
nit autē hesdras scriba sup gradu lig-
neū quem fecerat ad loquendū. et ste-
terunt iuxta eū. Et apuit hesdras li-
brū corā omī pplō. et benedixit hes-
dras dño dō magno. & respondit om-
nis ppl's am. Eleuantes autē omīs ppl's
manus suas. incuruati sunt. & adora-
uerunt p̄ni in terrā. Porro leuite silen-
tiū faciēbant in pplō ad audiendam
legē. ppl's autē stabat in gradu suo.
Et legerunt in libro legis dī distincte
et apte. ad intelligendū. Dixit autē
neemias sacerdos. Scribe et leuite.
dies sc̄ificatus est dño dō nr̄o. nolite

1000

lugere. nolite flere. Et dixit eis. Ite. co-
medite pingua. et bibite mustū. et mit-
tite partes eis quae non parauerunt sibi. quia

Hic dies domini est. et nolite constari. Gau-
dium etenim domini est fortitudo nostra.

FER. VI. Ecce osee propheta.

Hec dicit dominus. **C**onuertere israhel ad
dominum deum tuum. quoniam corruisti in ini-
quitate tua. Tollite uobiscum uerba. et
conuertimini ad dominum. Dicite ei. Omne
aufer iniquitatem et accipe bonum. et redde-
mus uitulos labiorum nostrorum. Assur non sal-
uabit nos. super equum non ascendemus.
nec dicemus ultra deum nostrum opera manuum
nostrarum. quia eius qui in te est miserebe-
ris populi. Sanabo contritiones eorum. dili-
gam eos spontanee. quia auersus est
furorem meum ab eis. Ero quasi ros. israhel
germinabit quasi lilium. Erumpet ra-

etiam ut ly
et quasi oli
Conuer
tite tritico
ma. Memo
ego exauc
conuertite.
est. Quis sa
diligens et
et multi an
II. XII. L.
sibus illi
propheta dicit
formis dies
et uocab
na mis in e
co. hinc op
dicitur. qu
ut pater uob

104
dix eius ut lybani. ⁊ ibunt rami eius. Et
erit quasi oliua gla eius. ⁊ odor ei⁹ ut ly
vanu. Conuertent⁹ sedentes in umbra ei⁹.
uiuunt tritico. et germinabunt quāsi
uinea. Memoriale eius sicut uinū lyba
ni. Ego exaudiā. ⁊ dirigā eū ego ut abi
etem uirentē. Ex me fructus eius inuen
tus est. Quis sapiens ⁊ intelliget ista.
intelligens ⁊ sciet hec. Quia recte uie
dñi. ⁊ iusti ambulabunt in eis. **Sab**

bato. xii. l. 2c. libri leuitici.

In diebus illis. **L**ocutus est dñs ad
moysen dicens. Decimo die m̄sis hui⁹
septimi. dies expiationū erit celeberr
mus. et uocabitur sc̄s. ⁊ affligetisq; ani
mas ur̄as in eo. et offeretis holocaustū
dño. Om̄e opus non facietis in tempore
diei hui⁹. quia dies ppitiationis est. ⁊
ut ppitiet⁹ uobis dñs d̄s ur̄. Om̄is anima

que afflicta non fuerit die hoc. p̄bit de
p̄p̄lis suis. et que opis q̄ppiam fecerit. de
lebo eā de p̄plo suo. Nichil q̄ opis facietis
in eo. Legitimum sempiternum erit uobis. in
cunctis generationib; & habitationibus
ur̄is. Sabbatum refectionis est. affligetis
animas ur̄as. Die nono m̄sis a uespero
usq; ad uesp̄m. celebrabitis sabbata ur̄a.

Dicit dñs omp̄s. **Al. Le libri leuitici.**
H diebus illis. **L**ocutus est dñs ad
moysen dicens. Quinto decimo die m̄sis
septimi. q̄ndo conḡgaueritis om̄s fruc
tus t̄re. celebrabitis ferias dñi septē di
ebus. Die p̄mo et die octauo erit sabba
tum. id est requies. Sumetisq; uobis
die p̄mo fructus arboris pulcherrime.
spatulasq; palmarū. et ramos ligni den
sarū frondiū. & salices de torrente. et
letabimini corā dño dō ur̄o. celebrabi

nisq; sollempnitatē eius septem dieb; p an
 num. Legitimū sempitnū erit in gene
 rationib; ur̄is. Mense septimo festa ce
 lebrabitur. & habitabitur in umbracu
 lis septē dieb;. Om̄is q̄ de genere est isrl̄
 manebit in tabernaculis. ut discant
 posteri ur̄i. qđ in tabernaculis habi
 tare fecerim filios isrl̄. cū educerē eos
 de t̄ra egyp̄ti. ego dñs d̄s uester.

Al. Pc onchee prophete.
Dñe d̄s nr̄. pascē pplm tuū in uir
 ga tua. gregem hereditatis tue.
 habitantes t̄ram in salute iuxta dies
 antiquos. Videbunt gentes & confun
 dent sup om̄i fortitudine sua. quō q̄s
 d̄s similis tui. q̄ aufers iniquitatē. et
 transis peccatū reliq̄arū hereditatis tue.
 Non immitet ultra furorem suū. quō
 uolens misericordiam & reuertet. et misere

bitur nri. Deponet iniquitates nras. et pici
et in pfundū maris om̄a peccata nra. Da
bis ueritatem iacob. misericordiam abraham!
quā iurasti patrib' nris a dieb; antiquis.

I dñe d's nr̄. **al. ꝑ. Zacharie pphē.**
H diebus illis. **F**actum est uerbu dñi
ad me dicens. ^{h' d' d' d' d' exercitū} Sicut cogitauī ut afflige
rem uos. cū ad iracundiā me puocassent
patres ur̄i. et non sum misertus. sic con
uersus cogitauī in dieb; istis. ut bene fa
ciam iherlm. et domui iuda. Nolite time
re. Hec sunt uerba que facietis. Loq̄mini
ueritatē. unusq̄sq; cū pximo suo. Verita
tem & iudiciū pacis iudicate in portis
ur̄is. & unusq̄sq; malū contra amicū. ne
cogitetis in cordib; ur̄is. et iuramentum
mendax ne diligatis. Om̄a enim hec s̄t
que odi. dicit dñs. Et factū est uerbum
dñi exercitū ad me dicens. Hec dicit dñs

exercituum. Ieiunium quartum. et ieiunium quintum.
et ieiunium septimum. et ieiunium decimum. erit
domui iude in gaudium & in leticiam. et in
sollemnitates preclaras. Veritatem tantum et
pacem diligite. dicit dominus omnipotens.

le. Angls dñi desc. Regre i salbo ebde. i. xl.

le. ep. Be. Pau. ap. ad hebreos.

Tabernaculum factum est primum.
in quo erant candelabra aurea. & mensa.
et propositio panum. quod dicitur sancta. post ue-
lamentum autem secundum tabernaculum quod
dicitur sancta sanctorum. aureum habens turibulum. et
archam testamenti. circumtectam ex omni parte
auro. in qua urna aurea habens manna.
et uirga aaron que fronduerat. et tabule
testamenti. superque eam cherubin glorie obum-
brantia propitiatorium. de quibus non est in
dicendum per singula. His uero ita compositis.
in priorum quidem tabernaculo semper introi-

bant sacerdotes sacrificioꝝ officia consu-
mantes. In scdo autē semel in anno so-
lus pontifex non sine sanguine. quem
offerret pro sua & ppli ignorantia. hoc
significante spū scō. non dū p̄palatam
esse scōꝝ uia. adhuc p̄ou tabernaculo
habente statu. Que parabola est tempo-
ris instantis. Juxta quā munera & hostie
offerunt. que non possunt iuxta consci-
entiā p̄fectam facere seruientē. solum
in cibis & in potib. et uariis baptisma-
tib. et iustitiis carnis. usq; ad tempus
correctōnis impositis. Xpc autē assisten-
pontifex futuroꝝ bonoꝝ. p̄amplius et
p̄fectius tabernaculu non manufactū.
id est non huius creationis. neq; p̄ san-
guinē hyrcōꝝ aut uituloꝝ. sed p̄ propū
sanguinē introuit semel in scā. et̄na
redēptione inuenta. **Dom̄. xviii.**

lc. ep. Be. Pau. ap. Ad chorinth.

R̄s. **G**ras ago dō meo semp pro uobis. in grā dī que data est uobis in xpō ihu. quia in om̄ib; diuites facti estis in illo. in om̄i uerbo. & in om̄i sciētia. sicut testimoniū xp̄i confirmatū est in uobis. ita ut nichil uobis desit in ulla grā. expectantib; reuelationem dñi nr̄i ihu xp̄i. Qui et confirmabit uos usq; ad finē sine crimine. in die aduentus dñi nr̄i ihu xp̄i. *fer. iiii.*

lc. ep. Be. Pau. ap. Ad chorinth.

R̄s. **O**s nr̄m patet ad uos o cōrinthij. Cor nr̄m dilatātū est. non angustiamini in nobis. angustiamini autē in uiscerib; ur̄is. Candē autē habentes remunerationē. tanqm̄ filijs dico. dilatāmini et uos. Nolite iugū ducere cū infidelib;. Que enim partici

*Leto bñ
Satagite ut
na opa ciaz v*

vacat

patio iusticie cum iniquitate. Aut que
societas luci ad tenebras. Que autē con
uentio xpi ad belial. Qui autē consensus
templo di cum idolis. Vos enim estis
templu di uiui. *1. cor. vi. ad corinth.*

R̄s. **N**escitis quō iniqui regnū
di non possidebunt. Nolite errare.
neq; fornicarij. neq; idolis seruentes.
neq; adulteri. neq; molles. neq; mas
culoz concubitores. neq; fures. neq;
auari. neq; ebriosi. neq; maledici. neq;
rapaces. regnū di possidebunt. Et hec
quidē fuistis. sed abluti estis. sed scifi
cati estis. in nomine dñi nr̄i ihu xpi.
et in spū di nr̄i. *Dom. xviii.*

1. cor. ep. Be. Pau. ap. ad ephesios.
R̄s. **R**enouamini spū mentis ur̄e.
et induite nouū hominē q̄ scdm
dm creatus est in iusticia et sc̄itate ue

ritatis. Propter quod deponentes men-
datiū. loquimini ueritatem unusquisq;
cū pximō suo. quō sumus inuicem men-
bra. Irascimini. et nolite peccare. Sol
non occidat sup iracūdiā urām. No-
lite locū dāre diabolo. Qui furabatur
iam non furet. magis autē laboreet
opando manib; suis quod bonū est. ut
habeat unde tribuat necessitatē pati-
ent. *fer. iiii. ad thessalonicenses.*

Frs. State et tenete traditiones.
quas didicistis siue p sermonē. siue
p eplam nrām. Ipse autem dñs nr ihc
xpc. et d's pat nr. q dilexit nos & dedit
consolationē etiam. et spem bonā in
grā. consolet corda urā. et confirmet in
omī ope. et sermone bono. De cetero frs
orate pro nobis. ut sermo dñi currat
& clarificet. sicut & apud uos. et ut libe-

remur ab importunis et malis hominibus.
Non enim omnium est fides. fidelis autem
dominus est. qui confirmabit uos. & custodi
et a malo. Confidimus autem de uobis in
domino. quomodo que precepimus. et facitis & fa
ciatis. Dominus autem dirigat corda uestra in cari
tate dei. et patientia christi. *fer. vi. le. ep.*

Kam. *Be. Iohis apli.*
omnis qui credit quomodo ihesus est christus. ex deo natus
est. Et omnis qui diligit eum qui genuit.
diligit et eum qui natus est ex deo. In hoc
cognoscimus quomodo diligimus natos dei. cum
deum diligamus. et mandata eius faciamus.
Hec enim est caritas dei. ut mandata eius
custodiamus. Et mandata eius graua non
sunt. quomodo omne quod natum est deo. uincit
mundum. *Doct. xx. ad ephesios.*

Frs. Videte itaque quomodo caute am
buletis. non quasi insipientes. sed ut

sapientes. redimentes tempus quod dies
 mali sunt. Propterea nolite fieri impru-
 dentes. sed intelligentes que sit uolun-
 tas dei. Et nolite inebriari uino. in quo
 est luxuria. sed implemini spiritu. loquen-
 tes uobismetipsis in psalmis. & ymnis.
 et canticis spiritualibus. cantantes & psal-
 lentes in cordibus uestris domino. gratias agentes
 semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu
 christi. deo & patri. subiecti inuicem. in ti-
 more christi. *fer. iiii. ad thessalonicens.*

LITERS. Denuntiamus uobis in nomi-
